



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

VI. Quomodo Deum, & alias substantias separatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

de qua infra. Iunatur porro data solutio ex multis, quæ supra diximus lib. 4. c. 7. de modo intelligendi animæ in corpore, ubi reddidimus rationem huius colligationis, quam intellectus cum sensibus habet in vita mortali.

CAPVT VI.

Quomodo anima separata intelligat Deum, & res alias immateriales.

cum anima per essentiam possit cognoscere rationem communem, per illam etiam poterit cognoscere omnia singularia. Argumentum tamen procedit in opinione negantium species singularium, & ideo dixi superius maius in hoc dubium esse, ac tenta opinio de D. Thomæ: in nostra enim antecedens falsum est, ut patet ex lib. 4. c. 3. Sed & in opinione D. Thomæ dici posset argumentum non procedere: antecedensque habere verum, quādo vniuersale cognoscitur per speciem abstractam à phantasmate rei singularis, quia in ea specie vniuersale representatur abstracte, per quam fortasse non possunt secundum D. Thomam cognosci omnia singularia, sed illud tantum, ex cuius phantasmate fuerat abstracta. Quo certe modo anima separata per essentiam suam non potest alias animas in particulari distincte cognoscere, ac videtur colligi ex quaestione de Anima a. 12. ad 4. q. de alijs intelligentijs maiori ratione erit philosophandum, anima enim per suam essentiam cum maximè potest arguitur cognoscere habere se infimum locum in intellectualibus, in eoque incompletum esse fortiori, atque inferre ad perfectionem vniuersi pertinere tales substantias dari, non tamen cognoscere valeret per substantiam suam distinctius aliquid de intelligentijs: ad id ergo peculiare species erunt necessariae.

Instabis, non oportere, ut anima habeat distinctam cognitionem singularium animarum, nec perfectionem cognitionem intelligentiarum, ideoque speciebus non egere. Vel certe instabit alius, sicut habeat eam cognitionem anima, non indigere tamen speciebus, quia quamlibet animam, & intelligentiam potest per propriam illius substantiam cognoscere, sicut se cognoscit per suam, cum par sit ratio: nam omnes eiusmodi substantiæ actus sunt intelligibiles. Ad primam instantiam responderetur, assumptum non esse verisimile. Primum, quia anima cum rationalis sit ex natura sua, est etiam sensibilis, habet autem consuetudinem cum alijs animabus, & cum intelligentijs: ergo necesse est, habeat propriam cognitionem illarum, atque adeo proprias species earundem. Secundo, quia anima ex se habet lumen sufficiens ad perfectiorem cognitionem animarum, & Angelorum, quā sit illa communis, & confusa: ergo est illi naturale habere species, quæ illi luminis adæquantur: alias superfluum esset tale lumen, sicut cognitio Dei per essentiam, non est quidem anima naturalis, eo quod non habet lumen naturale sufficiens ad illam cognitionem, tamen naturale est anima, ut habeat medium sufficiens ad cognoscendum Deum tam perfecte, quantum suo lumine naturali potest assequi. Ad secundam instantiam responderetur, manasse opinionem illam ex Durando dist. 3. q. 6. dicente Angelum quolibet cognoscere alium per essentiam eius, quæ opinio falsa est, ut in 1. p. q. 56. a. 2. tractatur. Ratio vero inde sumitur, quia substantia finita non potest per se vniri intellectui alterius, nec actuare illum, cum illo concurrere, id enim soli Deo tribuitur propter suam infinitam virtutem, de quo etiam à nobis difficile satis intelligitur. Adde nos à sensibilibus ad intelligibilia ascendendo debere proportionaliter loqui: cum ergo res actu sensibiles non per se moueant sensus, sed per species, sic & intelligibiles non per se, sed per species intellectum ab eis diuersum mouere poterunt. Denique, quia anima separata non intelligeret aliam animam, quoties vellet: sed tunc solum cum vellet ipsa intelligenda ei vniri, qui sane ordo rectus non esset: intelligit ergo substantias immateriales per species earum.

Vnde verò habet anima tales species: Communiter responderetur habere per infusionem à Deo, quod insinuat D. Th. supra, probabiliter etiam dici

Diluitur

Instantia una. Altera.

Ad instantiam

Ad secundam. Vide auctorem in 2. lib. de angelis cap. 5.

Lib. 2. de actibus tribuitur nobis. cap. 12.

4. Habent ne anima species

1. Diximus iam quomodo anima separata se cognoscat, quoniam cognitio sui est prima operatio naturalis in vnaquaque re spirituali. Nunc est videndum, quomodo alia à se cognoscat, quomodo item Deum, & substantias alias separatas, siue Angelos, siue animas separatas. Supponendum verò est, animam separatam cognoscere aliquid Deum, & substantias alias separatas, quia id euidentius est: inquisimus autem modum, quo alias cognoscit. Sit ergo prima conclusio, Anima separata per suam essentiam cognoscit Deum, sicut cognoscit seipsam: loquimur porro in hoc capite de cognitione, quam anima habere potest ex propria natura: non de illa, quam Deus infundere valet. Anima ergo per naturalem scientiam nequit Deum cognoscere per illius essentiam increatam, quia hæc est supernaturalis cognitio, quæ per solam gratiam habetur: cognoscit ergo illum per sui essentiam. A posteriori probatur consequentia, quia naturale est, cognito effectu deuenire in cognitionem causæ, sed animæ effectus Dei, siue separata cognoscit euidentius, & comprehendit, atque adeo esse se creaturam producibilem per creationem: ergo cognoscit per se creatorem suum. Confirmatur: nam anima non tantum est effectus, sed quædam non vulgaris imago, & similitudo Dei: anima ergo se intrens inuenitur quandam Dei similitudinem: ergo per illam cognoscet Deum saltem imperfecto modo. Verum est tamen animam non tantum per se, sed etiam per cognitionem aliarum creaturarum, & præcipue animarum, atque Angelorum posse Deum cognoscere, cum æqualiter de eis procedant rationes factæ. An verò naturaliter loquendo possit anima separata habere maiorem aliquam Dei cognitionem tributam illi à Deo speciali prouidentia naturali, in qua eius beatitudo naturalis confisteret, alia quaestio est, quæ ex multis principijs alterius loci proprijs pendet.

2. Secunda conclusio. Anima separata cognoscit Angelos, & alias animas per species illorum, non tantum per essentiam ipsius animæ. Videtur esse contra D. Thomam q. 89. art. 2. in corpore, ubi ait animam separatam habere cognitionem aliarum animarum, & Angelorum per modum substantiæ suæ, sed verè non est contra illum. Nam ad secundum docet, animam separatam intelligere Angelos per similitudines diuinitus impressas: de alijs verò animabus nihil docet. Pro intelligentia ergo conclusionis recolendum, animas separatas eiusdem esse inter se species, cum Angelis verò conuenire solum in gradu essendi, illumque non habere completum: atque hinc nasci quod ipsa anima ex vi cognitionis, quam de se habet, valeat alias animas quoad vtriusque communem & essentialem rationem quidditative comprehendere, cum eadem sit, & in omnibus alijs ratio. At quod alias animas in particulari distincte cognoscat, non potest per essentiam suam: quippe quæ non representat illi propriam singularitatem aliarum animarum, sed illam tantum communem rationem. Vnde necessario indiget proprijs speciebus representantibus singulas animas. Dices. Per speciem vniuersalem potest anima separata cognoscere singularia: ergo

Franc. Suarez de Anima.

Obiectio.

*ciat à Deo,
an ab ange-
lo, de quo
nouit autho-
r. lib. v. de An-
gelis c. 5. &
se placet in
Metaph.
disp. 9. sect.
7. p.*

posset animam separatam eas recipere ab ipsis sub-
stantiis spiritualibus eo modo, quo ab eo imprimi-
tur, species in visu, aut quoduis sensibile in propriu
sensum: probaturque à paritate rationis: ab eo e-
nim imprimi speciem sui in visu, quia actu visibi-
lis est, ut probatum est l. 3. cum ageremus de visu:
sed Angelus est etiam actu intelligibilis: ergo po-
test imprimere sui speciem in anima separata. Pa-
ter consequentia à fortiori: obiectum enim sensibile
efficit speciem sui, licet illa quodammodo sit im-
materialior, sed Angelus, vel anima separata im-
materialior fortasse est, quā species eius: ergo po-
terit illam efficere. Confirmatur primo, quoniam
ideo aliter intellectus agens ad efficiendas spec-
cies, quod phantasia sit materialior, nec proinde
efficere possit species immateriales, posset autem
si phantasia spirituale fuisset, neque iam intelle-
ctus agens admitteretur: ergo obiecta, quae de fa-
cto spiritualia sunt, poterunt efficere species sui in
intellectu. Confirmatur secundo, quia res actu ta-
lis, potest imprimere sui similitudinem in id quod est
potentia tale, sed substantia spirituales sunt actu
intelligibiles, & intellectus est in potentia ad earū
similitudines: ergo, &c. Confirmatur tertio, quo-
niam intentionales species res imperfectae sunt,
producibilesque propria actione, ex praesupposito sub-
iecto: ergo non est cur ab angelo non possint produci.

*5
Obiectio 1.
contra pro-
ximè dicta.
Secunda.*

Tertia.

Quarta.

Ad primum

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

*6.
Dubium v.
nū expeditur.*

Sed contra haec arguitur primo, quia talis pro-
ductio speciei deberet esse naturalis, & fieri imme-
diatè à substantia Angeli, videtur autem impossi-
bile, creaturam immediatè operari per substan-
tiam suam: ergo, &c. Secundo sequeretur, quod de
facto vnus Angelus imprimeret speciem sui in al-
terum. Consequens falsum est: ergo, &c. Tertiò
solus Deus mouet efficaciter voluntatem, sed in-
tellectus non est nobilior voluntate: Ergo neque
in intellectum agens aliud, prater Deum, im-
primere potest speciem. Quarto species debet esse im-
materialior, quā obiectum representatum, cum
sit forma actu intelligibilis: ergo non potest pro-
duci à substantia etiam spirituali. Ad primum dic-
tum, nullum esse inconueniens Angelum immediatè
per substantiam suam efficere species intentiona-
les, ut patet etiam in colore alisque sensuum ex-
teriorum obiectis: quae sui speciem, & ut propriè
agentia immediatè producant, neque rursus in-
conueniens vllum esse substantiam esse immediatè
tota principii alicuius actionis præcipuè assimi-
latiuae in esse intentionali. Ad secundum negatur
sequela, quoniam de facto omnes Angeli recep-
erunt totam suam perfectionem à principio, omnes-
que species intelligibiles, vnde non est cur aliunde
recipiant. Neque inferas: ergo animam quoque
debuisset perfici à Deo tantum, cum ab illo tantum
creetur, & conseruetur: negandum enim antecede-
ns, multa siquidem res creantur à Deo quae in
actionibus suis de cetero iuuantur ab alijs causis:
hac enim ratione Angelus, etiam Angelus illumi-
nat. Tertium argumentum non est simile: volun-
tas enim non mouetur ab alio effectiue, quoad actu
primum, intellectus verò in actu primo ab obiecto
suo constituitur. Ad quartum negatur antecedes,
substantia quippe spiritualis immaterialior est
quolibet accidente. Deinde antecedente admissio,
negatur consequentia, habetque instantiam in ob-
iectis sensibilibus: ex his ergo probabilis fit haec
sententia, ac tribuitur Ateni. Certè rationes pro
illa factae in numero praecedenti vrgentiores vi-
dentur, quàm quae pro opposita parte proximè fa-
ctae sunt, atque dissolutae.

Dubium tamen primum est, an per eas species
cognoscat anima separata alias animas atque An-
gelos: in quo videtur plane certum, quantum ad
sensum materia patitur, animam separatam perfectè
comprehendere alias sicut seipsam, primò quia

eiudem sunt perfectionis essentialis. Gradus verò
indiuidualis facile possunt intelligi: quippe qui
parum addant supra essentialem perfectionem. Se-
cundò, rationes, quibus supra probauimus, animam
se perfectè cognoscere, de alijs animabus, quantum
ad naturalia, etiam valent: quantum verò ad super-
naturalia, actuque liberos, alia est ratio, cum ha-
rum rerum mensura non ex natura pendeat, sed ex
gratia, atque libertate. De cognitione verò Ange-
lorum est maius dubium. Dicitur Thomas supra lo-
quendo de cognitione naturali, vult animam se
paratam habere imperfectam, & deficientem co-
gnitionem Angelorum, & articulo tertio indicat,
esse tantum veluti in genere, seu in conspectu, idem-
que colligitur ex articulo primo.

Haec tamen sententia difficilis est. Accido pri-
mò animam separatam habere propriam cognitio-
nem, & intuitum cuiuscunque Angeli. Primò quia
quemlibet Angelum per propriam speciem illius
nouit, tum quia species rerum spiritualium ab ob-
iectis manant: ergo species propria à proprio illius
obiecto: tum quia licet species haec infundantur à
Deo, nulla ratio est, cur non infundantur animae
propriae speciei cuiusque Angeli, ut per illam pos-
sit cognoscere singulos. Secundò ratio vna pro-
pter quam anima separata ex natura sua vendicat
cognitionem intelligentiarum, est societas, quam
cum illis habet, teste D. Thoma quaestione de ani-
ma articulo 17. Sed ad hanc societatem non satis
est cognitio confusa, nisi singulas personas cogno-
scat, quibus associari debeat, ne anima inter An-
gelos instar ceteri hominis legeretur, qui alios confu-
sè cognoscit homines esse, nihil in particulari de
illis discernendo: hoc autem magna esset imper-
fectio. Tertiò, quia ad confusè Angelos cognosce-
ndum non indiget speciebus, cum per suam sub-
stantiam ita posset cognoscere, ut supra dictum
est: recipit autem species Angelorum, ut ipse D.
Thomas docet: ergo habet propriam eorum cog-
nitionem.

Dico secundò, haec Angelorum cognitio in anima
separata quidditatiua est, & distincta: an vero sit
comprehensiuua, certò sciri non potest. Prima pars
probat, intellectus enim noster cognoscitiuus,
est quidditatiuus, neque in solis accidentibus sinit:
cum ergo habeat proprias species Angelorum, re-
presentantes propriam cuiusque essentiam, cognoscit
sanè illam lumine naturali: maximè quia essentiae
Angelorum finitae sunt, nec est cur ab intellectu
nostro separato cognosci non possint quidditatiue:
cum sit assimilatur Angelis, tum in modo ef-
fendi, tum in speciebus. Secunda pars suadet, quia
comprehensio multum addit supra cognitionem
quidditatiuam, ad hanc enim sat est cognoscere præ-
dicata omnia essentialia: ad comprehensionem ve-
rò oportet cognoscere cunctas rei proprietates,
omnesque rationes illius penetrare. Vnde beati
Deum quidditatiue cognoscunt, non verò com-
prehendunt: cum ergo Angeli sint excellentiores ipsa
anima, atque habeant altiorum modum cogno-
scendi, utpote sine discursu, & per vniuersaliores
species, excedunt fortasse capacitatem animae, ne
ab ea comprehendi possint. Alia verò ex parte,
cum sint finitae naturae, videri poterunt compre-
hendi posse ab intellectu habente perfectas species
illorum, præcipuè inferiores Angeli, qui non mul-
tum in perfectione animam excedunt: in hoc ergo
nihil est certum, sed prior pars videtur probabi-
lior.

Dubitatur rursus, an anima separata possit
cum alia colloqui, aut etiam cum Angelis, & quis
sit modus locutionis eorum. Item quomodo ani-
ma separata cognitiones, & operationes liberas
cognoscat. In hoc tamen eadem est ratio de ani-
ma, & Angelis, & ideo quaestiones istae in materia
de Anima.

SVAREZ
de Angelis, opus
in 6. d. etrum et
anima.

D. V. 2

Videatur
autem lib.
2. de Angelis
à cap. 16. &
in Metaph.
diff. 18. sect.
8. ad 9.

de Angelis transmittuntur: satis sit monere, animam separatam non posse cognoscere cogitationes, neque operationes liberas, nisi ex voluntate illius, cuius sunt operationes, atque hinc est necessaria animabus separatis locutio, qua proprios conceptus explicant, aliàs non possent civiliter vivere, neque esset respublica bene ordinata, loquuntur verò modo angelico, quis porro scit, docet D. Thomas prima parte quaestione 101. & in citata materia de Angelis explicari vtrumque solet, est enim res nobis in hac vita satis abdita.

CAPVT VII.

Quid anima separata cognoscat in rebus materialibus, & quomodo.

Quaestio
huius capi-
tuli, ad D.
Thomam cir-
ca eam reso-
lutio.

2. Afferro

3. Afferro.
Explicando
quod dicitur.

PRO expositione quaestionis. Nota res materiales diuidi in tria genera, quaedam sunt singulares, aliae vniuersales, aliae sunt effectus, & operationes rerum singularium. Vnde triplex hic est quaestio, prima, an, & quae singularia anima separata cognoscat. Secunda, an cognoscat facta, quae contingunt in hac vita. Tertia vtrum habeat scientiam naturalem rerum. Circa primam D. Thomas, & discipuli illius sentiunt animam separatam cognoscere singularia: de modo autem sunt anxij, cum non ponat in illa species singularium. Vnde D. Th. supra art. 4. ait eam cognoscere quaedam singularia, non tamen omnia, cognoscere autem illa per species infusas à Deo, quae determinantur ad hanc, vel illa singularia per praecedentem cognitionem, & per aliquam affectionem, vel per naturalem habitudinem, vel per diuinam ordinationem: quae de causa eo loco ad primum, docere videtur, animam separatam per species, quae ex hac vita detulit, non posse postea cognoscere singularia sensibilia, quae in vita cognouit: idem credit Caietanus ibi. Rursus D. Thomas quaest. de Anima articulo 20. in corpore, & ad vndecimum. Ac videtur consequenter loqui, nam illae species acquisite tantum repraesentant naturam vniuersalem, & ideo per illas non posset anima cognoscere singularia, manet tamen apud D. Thomam eadem difficultas in speciebus infusis, quales ipse ponit, non repraesentantes scilicet directe singularia: omnes vero allati modi determinandi species, nec bene intelliguntur, nec satisfaciunt, & iidem fingi possent in speciebus acquisitis: quare hac in re sit

Prima conclusio. Anima separata cognoscit omnia singularia, quae in vita cognouit, per species illorum acquisite. Hec conformis est valde modo loquendi Scripturae, ac sequitur ex dictis supra. Anima enim separata conseruat species, quas in hac vita comparauerat, & per eas potest cognoscere quicquid illae repraesentant, repraesentant autem directe singularia: ergo, &c. Consequentia est euident, antecedens autem iam in superioribus ostensum est: quare, &c.

Sit tamen secunda conclusio. Loquendo ex natura rei: anima separata non cognosceret alia singularia materialia, nisi ea, quae in vita cognouit, quorumque species detulit, de facto tamen cognoscit alia, iuxta dispensationem Dei infundentis species illa repraesentantes. Explicatur, & probatur. Nam si anima in puris naturalibus separata maneret, conseruaret vtique species singularium, quas acquisiuit coniuncta: alia verò singularia haud proprijs conceptibus attingeret, nisi per proprias eorum species, quas tamen à rebus desumere non valet, vt supra probatum est: oportere ergo illas à Deo recipere. Non videtur autem necessarium, neque ad naturalem Dei prouidentiam spectare, talium specierum infusio, cum rerum singularium cognitio, per se sumpta, minime necessaria

fit ad perfectionem intellectus, sed ad praxim tantum, quae in separatis animis locum non habet, cum in eo statu, nec deberent animae cum alijs hominibus conuersari, nec alijs rebus materialibus vti, quae etiam de causa anima coniuncta corpori cognitionem non possidet rerum singularium alterius vitae. At verò de facto, beatae quidem animae cognitionem participant multorum singularium, vel per diuinam essentiam, quam vident, vel per species eorum, idque vel ratione status beatitudinis ad plenum gaudium animarum, vel propter bonum hominum viatorum, vt iuuari modo aliquo possint ab animabus illis. Animae quoque damnatae recipiunt cognitionem singularium, quae inferuerit ad debitum supplicium earum: animae denique paruulorum decedentium in originali nullam obtinent cognitionem singularium materialium, quantum conijcere possumus, quia illis necessaria non est, nec naturaliter debita, & haec de prima quaestione.

De secunda quaestione proportionaliter loquendum videtur, vnde sit tertia conclusio. Anima separata non cognoscit particulares actiones, & effectus materiales, & singulares huius vniuersi, nisi forte aliquas cognoscat referentibus Angelis. Prima pars suadetur à quibusdam, quia distantia localis impedit cognitionem, est tamen ridiculatio, quia distantia localis, vt plurimum impedit actionem localem, non purè spiritualem, quia non penderet loco, in sensibus verò impedit, quia recipiunt species ab obiecto, quae nec cessariò per medium diffunduntur, si tamen sensus apud se haberet species, profecto distantia non impediret sensationem. Ratio ergo sumitur ex defectu specierum: anima enim separata tantum defert speciem illarum rerum, quas hic cognouit: vnde illarum tantum recordatur: effectuum verò, quod eueniunt post discessum illius, nec species defert, nec illas à rebus delumere valet, nec denique est cur à Deo infundantur ex natura rei loquendo, quia illarum cognitio non est necessaria ad perfectionem naturalem animae debitam, cum sit cognitio nimis accidentaria, & extranea, nec pertinet ad illum statum nosse, quae hic geruntur. Addidi secundam partem conclusionis, quia non est inconueniens Angelos, scilicet vel animas posterius decedentes referri posse animabus antea separatis nonnulla de gestis mortalium. Dixi paulo ante ex natura rei, id est, secunda gubernatione supernaturali, quae de facto est circa animam, quoniam hac prouidentia spectata dicendum aliud est. Animae quippe damnatorum, quae hic geruntur, non nisi per demones, vel ex Dei ordinatione norunt, ad maiorem poenam illarum. Animae etiam in limbo nihil cognoscunt de hac vita, cum nihil ad eas attineat. Beatis denique animabus pleraque reuolantur. Vide Gregorium 12. Moralium? capite 13. & 15. & Psal. 108. Augustinum de cura pro mortuis, D. Thomam secunda secunda quaestione 83. articulo 4. ad 2. & prima parte, quaestione 89. articulo 8. qui tres docent animam beatam cognoscere omnia praesentia, quae hic fiunt, & Caietanus in proximo loco ponderat dixisse D. Thomam omnia praesentia, vt denotaret, quod non cognoscit futura, atque ita vox omnia, vt inquit Caietanus, distribuit tantum pro effectibus naturalibus, vt excludantur supernaturalia, & libera Dei, Angelorum, & hominum. Vnde non quilibet beatus cognoscit preces omnes, quae ad animam alterius beati funduntur, quae limitationes verè communiter videntur. Ad dotandam illam cognitionem omnium effectuum praesentium, quam D. Thomas tribuit beatis non fieri per visionem beatificam, licet contrarium insinuet Caietanus ibidem, ac Ferrar. 3. contra, cap. 59. 26. sect. 2.

T 2 quia

2. Afferro;
eius resolu-
tio pertinet à
asser. bipar-
titem.
De hac re
non nihil lib.
2. de attri-
butione. ad n.
14. Prima
pars suade-
tur ridicule
à quibusdam
vera proba-
tio.

2. Pars a
Angelo, scilicet.

Lib. 2. de m-
eritis. De
cap. 28. Et
p. tom. 1. diff.
26. sect. 2.